

mēn accipiat deīc̄ virtutē cognoscat. Similiter t̄ de beato Longino legitur: q̄ cū preses graui fessatiōe infirma = Longin⁹  
retur: t̄ oculos amisisset: dixit ei: scito quia sanari non po-  
teris: nisi me occidi feceris. Q̄ primum enim a te mortu-  
tuus fuiro: pro te orabo: sanitatemq̄ corporis tibi t̄ ani-  
me impetrabo. Qui illū statim decollari iussit: t̄ vt mani  
festa spiritus latentis suggestio videretur: vt illi predixe-  
rat secutum est. Idem t̄ de beato Theodolo legimus: q̄  
cum p̄sbyter esset t̄ vna cum Euētio cōpresbytero: t̄ eo-  
rum episcopo Alexādro papa romano: sub traiano prin-  
cipe ab Aurelianō iudice examinarentur: nec ab eorum  
sancto proposito reuocari possent: videretq; Theodol⁹  
Alexandrum t̄ Euentium solos ligari iussos t̄ in furnum  
ardentis ignis ex iudicis mandato projectos: spiritu con-  
citus in flamas ip̄e prosiliūt: t̄ decantans cum ipsis pari-  
ter gratias deo peregit: qui inde extracti gladio interie-  
runt. Nec horum rationem certam reddere possum⁹: nec  
nobis imitanda sunt: nisi eodē nos spiritu duci cōtingat.

Quia ex causa t̄ a quo ortum habuerit  
martyrium t̄ vnde dicatur. La.ij.

I sacrarū scripturarū volumina reuoluam⁹: iu-  
sticia t̄ inuidia primo introductū martyrium:  
t̄ subsecutū deinde cognoscem⁹: t̄ ab Abel filio Adā ini-  
tiū sumpsiſſe. Scriptū namq; est in Genesi: Respxit dñs  
ad Abel t̄ ad munera ei⁹. Ad cayn ḥo t̄ ad munera eius  
nō respxit. Irat⁹ est cayn vehemēter: t̄ cōcidit vult⁹ ei⁹.  
At si illi⁹ vehemētis ire causam mēte disquiris. Abel iu-  
sticiā: t̄ alteri⁹ inuidiā solā fuisse cōperies. Sicut t̄ de sal-  
uatorē nō scriptū est: Sciebat em̄ pilat⁹: q̄ pp̄ inuidiā  
tradidissēt illū. Lū ergo iustorū ecclia supra petrā q̄ xp̄s  
est fundata fuerit. Justi illi omnes qui propter iusticiam  
ante ip̄m mortem subire/passus est deus: ipsum dei filiu⁹  
turpissima morte occisum prefigurarunt. Sicq; prior om-  
nium fuit Abel: virgo purus: ouium pastor: sacerdos: q̄  
deo sacrificiū de p̄mogenitis gregis sui: t̄ de adipib⁹ eoꝝ  
subministrando offerebat. Ideoꝝ dū quereret dñsyndi-

Theodol⁹  
Euēt⁹  
Alexander

Abel Adā

etiam de sanguine iusto ab abel incepit dicens apd Aha  
theum: Ut veniat super vos omnis sanguis iustus q̄ ef-  
fusus est super terram a sanguine abeli iusti vsq; ad san-  
guinem zacharie filij baracie quem occidisti inter tem-

**Iesus.** plum t altare. Quod Jesus dominus noster ex eo etiam  
predixerat: quia ipse omniū sanctorū martyruz caput: in  
proximo occidendum erat: t omnis iustorū seu electoruſ  
generatio mystice pro persona vna ac yno christi corpo-  
re summaratur. Et sic christum occidendo: omnes etiā mar-  
tyres occiderunt: qui vt christi crucē sequerent: testimo-  
niumq; sanctissime fidei deponerent: mortes illas subire  
voluerunt. Ob quod martyres grece: latine testes dicri-  
sunt. Et martyruū testimoniuū scilicet fidei dicatur. Un-  
de affirmant doctores aliqui illō proprie esse martyriū:  
quod quis in fidei testimonium patiatur. Qui vero alie-  
patiuntur: licet pro iusticia: martyres non nisi largo vo-  
culo: sed potius iusti dici debent. Ideo Maximus in ser-  
mone martyrum ait: Fides nostra mat̄ martyruū est. Aha  
ter enim carnalis nutrit filium pro mūdo: fides vero ma-  
ter spiritualis nutrit: vt sacrificetur deo. Juxta illō sapiē-  
tie: Quasi holocausti hostiā accepit illos. Sed arguebat  
aliqui mortem nulla re aut causa pro posse subeundā es-  
se: et sic nec martyrium aliquo modo acceptandum. Et  
dubium multis ex eo inferre videbantur: q̄ homo pre-  
cepto quodā naturalis legis ad esse conseruationēq; sue  
nature indispensabilit̄ videa abstrict⁹: quod omnino tol-  
litur suscep̄tione martyrii. Qd dubiū ex eo faciliter aufer-  
tur: q̄ p̄ceptū ē in lege: Diliges dñm deū tuū ex toto cor-  
de/mente t viribus tuis: t plusq; teipsum: vt pluribns in

**Maximus.** locis declarat Hieronym⁹ t Augustin⁹. Et proximū tuū  
**Hierony.** sicut teipm. Et sic turpe illud esse: ac turpissima illa esset  
**Augustin⁹.** nature cōfūatio: q̄ nominis xp̄i creatoris sui: ac sancti si-  
dei blasphemias sustineret: quē plusq; teipm amare ob-  
ligaris. Nec ad h̄ nature: hoc ē dei p̄cepto aliquo obliga-  
mūr quo n̄m eē cū illi⁹ ignominia p̄fūem⁹. Et vt supra

ait Cicero. **N**obis Heronim⁹ et plures alij sancti confirmas-  
rūt: **V**iventib⁹ mūdo vita nō est sed mors. **A**t que marty-  
ribus datur vere vita est. **N**ulli ergo dubiū q̄ potius esse  
illud ex quirere debem⁹ ac amare qđ in vera vita p̄sistit:  
qđ id quod in ea vita que mors est nos miserabilib⁹ erum-  
nis torquet. **Q**uid em̄ miserabilius hac vita? **Q**uis eius  
infestations considerare velit: et non dulce mori mani-  
feste cognoscet: t mortem nō penā sed morā mortis dūju-  
dicabit? **H**am sine assiduitate morborū hanc vitā ducere  
non possum⁹: qm̄ nūc de pectore/ nūc de capite/ nunc de  
yētre/quādōq; de faucib⁹ cōquerimur. **A**liqñi nerui nos:  
aliquando pedes vexant. **H**anc detractio: sero nos di-  
stillatio ferit. **A**liquando superest sanguis: aliqui deest.  
**H**inc atq; illinc alijs etiā īnumeris tēptamur incōmodis.  
videlicet qz vbiq; luct⁹: vbiq; desolatio nos agitādo fati-  
gat. **V**ndiq; p̄cutimur: vndiq; amaritudine replemur. **E**t  
quid vltierius singla recitare labore: cū aduersitates in-  
numere animū cateruatim pulsent: **C**alamitates ingemi-  
nēt: cū cūctos affligat anxietas: solicitude molester: do-  
lor extenuet: cōturbet tristitia: contristet turbatio: paup-  
enim t diues: seruus et dñs: deniq; bonus t malus: om̄es  
mūdāis cruciatib⁹ affligunt. **A**t quot anini infestatiōes:  
quot diaboli infusiones patiamur: latius in sequentibus  
prosequemur. **Q**uāobrem licet caro viuificatiōis officiū  
amet: tantāq; cū eo pacē pepegerit: vt si quid ei cōtrariū  
nouerit: implacabili odio/naturali quodā īstinctu abhor-  
reat: t curiosa sollicitudine aduerſet: ob hocq; illecebra-  
rū desiderio ad vite amorē vt t cetera bruta animalia cō-  
ducamur: tamē si mente parū eleuet homo videatq; tan-  
tas sollicitudinuz anxietates: et q̄ om̄is dies cū pte sue  
vite diffugiat: **E**t crebri subeāt morbi tristisq; senect⁹. **E**t  
cito labor t dure veniat in clemētia mortis: odio contra  
difficillimā vitā cōcitatur. iuxta illud: morte mori meli⁹  
est: qđ mortis ducere vitā. **E**t tūc rationalis homo se ma-  
gis mente erigens: insp̄icit creatorē: t modū quo ad illuz

Virgil⁹.

Hierony.

nde et charitate puenire posset: et quantum rationalis tam  
to hoc glorioius in creatoris sui honore perficere conatur:  
etiam si vita hanc miseram pro illius nominis gloria expone  
re habeat: sperans inde vitam suscipere sempiternam. Et si  
corpus mortale ac fetidum deponat: spem etiam certissimam  
recipit: quod illud in resurrectione immortale atque glorificatum  
reassumet. Inde qui maxima metus eleuatione sunt ducti  
ad martyrum: quia in magnificissimam Christi nominis laudem  
puenire cognoscunt: desiderio successi rationali dispositio  
ne trahuntur. Et sic non contra naturam est martyrum: sed re  
omni alia naturalius dici potest. Sed contra hec viri illi  
carnales instant: Si vitas inquietum hanc exponere certam  
morti dedi: at ea que me premia recepturum scribis igno  
ro. Certa enim quibus dulciter fruor per incertis ac mihi dubi  
is turpiter ignominioseque dare intendis: quod nullus cer  
te sane mentis vincere eligeret. Quibus responsio danda non  
esset: cum amissio anime opera carnalia solu ac presentia ut  
alia irrationabilia queque animalia querat. Non enim homines  
homines christiani sunt: vel solo christianitatis nomine co  
tarentur. Negant hi firmam illam. Lactantius: qui homines  
ab irrationabilibus animalibus hoc potissimum ac nulla re  
alia magna differre ostenditque religione. Si ergo christia  
ni nomine religionem profiteris: christo vere et non ficte crede:  
illis suscipe imitationem cum doctrina. Legem euangelium: pau  
lo eius apostolo fidem adhibe dicenti: quod per fidem sancti vice  
runt regna. Operati sunt iusticiam. Adepti sunt re promissio  
nes. Obtulerunt ora leonum. Extinxerunt impetu ignis.  
Effugauerunt aciem gladii. Conualuerunt de infirmitate.  
Fortes facti sunt in bello: et cetera alia infinita que om  
nia in fide perfecta videmus. Nam ut idem ait apostolus:  
Sine fide impossibile est quemque placere deo. Credere enim  
oportet accendentem ad deum quia est: et inquirentibus se  
remunerator sit. Herito ergo Hieronymus in vita pauli  
exclamat dicens: O mortalium fragilis et caduca natura:  
et nisi Christi fides nos extollat ad celum: et extenuitas ani

me pronuntatur: cu<sup>z</sup> bestijs atq; iumentis corporz vna cōditio. Idem cōcubitus: similiter homines & iumenta in fāuillam & cineres dissoluuntur. Ideo pulchre ait Lactatius: Quicūq; rationē hominis abiecerit: ac p̄fētia fecerit hominū seipſe prostrauerit: tāq; desertor dei & imperatoris: & patris sui punietur. Nos ergo viros huiusmodi / qui in hac tanta carnis fece & infidelitate vivere volunt: non ad sanctissimum hoc martyriū invitamus. Illos suacum carnali vita relinquim⁹ & abūcimus. Illos deus vocat qui in christo spem ponere cupiū: optat voluptuose **Esaiam dicēte:** Qui sperant in domino: habebunt fortitudinem: assument pennas vt aquile: volabunt & non deficienſt. Dicentq; cum sapientia: turris fortitudinis nomen dñi. **Quis ynq; sperauit in eo & confusus est?**

**Eſaias.**

**Quot sunt genera martyrii? **Ca. iii.****

**M**artyrii genera seu species plures a doctorib⁹ numerantur. Ut & martyr ille dici possit qui in rerū habundantia seu rbertate constitut⁹: p̄citatatem ac debitam abstinentiā seruat. **L**uiusmodi fuit David: fuit Abraam: & patriarchaz plures: qui cū diuīch⁹ plurimis habundarent: ita parce vixerunt: q; homines iusti et fūi cor omnipotentis dei reperti sint. Et inter christianos principes multi. Ut magnus constantinus. Theodosius maior & iunior. Lodouicus rex frācie. Stephan⁹ rex vngarie: vt nūc prouincie dicuntur: et ali⁹ plures: quos vere iustos dixit ecclesia. Dicūt etiā & martyriū esse pauperis illius qui pro dei honore suam largit paupertatē: vt Tobias fuit: & vidua illa que duo era misit in gazophylaxiū. **L**uius generis inter christianos innumeri sūt repti. Addūt & aliud martyrii genus: castitate in iuuētute: vt Joseph fortis & sancte in egypto fuavit. Qd nemo pfecti⁹ xp̄o & sua m̄fe adipleuit: sequacesq; illi⁹ fuerūt in numeri vt Jobes euāgelista. Stephan⁹ pmo martyr. Turbe monachorū que in hoc agnū mirabilis sunt secute. Virginū seminarū exercitus innumerabiles: que chū

**David.**  
**Abraam.**

**Constantinus.**  
**Theodosius.**  
**Lodouic⁹.**  
**Stephanus.**

**Tobias.**  
**Vidua duo era.**  
iii.  
**Joseph.**  
**Christus.**  
**Maria.**  
**Johānes euā.**  
**Stephanus.**